DE
A, I, Y VOCALIUM APUD HOMERUM MENSURA.

CAPUT I.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA ALBERTINA

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVII. MENSIS JANUARII HORA XII

PUBLICE DEFENDET AUCTOR

GEORGIUS DE KOBILINSKI.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

W. KÖNIG, GYMN. PALAEOP. PRAEC.
M. LAUDIEN, STUD. PHIL.

REGIMONTI PR.
TYPIS TYPOGRAPHIAE LEUPOLDIANAE.
MDCCCLXXXII.

ARTURIO LUDWICH

PROFESSORI PUBL. ORDIN. ACAD. ALB.

PRAECEPTORI CARISSIMO

D. D. D.

AUCTOR.

In definienda α, ι, υ vocalium mensura non minus metricus verborum usus perscrutandus est quam etymologiae ars utenda. Qua in scientia cum rudes fere simus, bene accidit, quod benignitate benevolentiaque Ad. Bezzenbergeri, viri doctissimi, usi sumus, cuius auxilio in his quaestionibus maxima cum utilitate nos instructos fuisse speramus. Itaque memori animo, quas gratias ago A. Ludwichio, auctori huius dissertationis et adiutori benevolentissimo, ago huic viro optime de his quaestionibus merito.



Quae Ludwichius (Neue Jahrb. f. Philol. 109 pag. 233) docuit: „Mag man z. B. in dem Homerischen Verse αἰδοῖός τέ μοί ἐσσι, φίλε ἑκυρέ, δεινός τε (Γ 172) die Längung der Schlussvocale in φίλε und ἑκυρέ erklären, wie man wolle: so viel ist sicher, dass sie in der Hebung viele Analogien hat, in der Senkung dagegen keine — Grund genug bei allen metrischen Untersuchungen diese beiden gänzlich verschiedenen Arten von Längen wohl auseinander zu halten" ut vera intellegenda sunt, si apud Homerum diligentius quaesiveris, ita vulgo ab iis, qui rei metricae student, neglecta esse video. Attamen in toto huius poesis genere omnibus rebus admonemur, ne thesin et arsin confundamus, cum facile diversas earum naturas ea re cognoscamus, quod numquam ut in thesi, in arsi binae breves syllabae longae loco substituuntur, itemque in thesi metricum vitium esset, si, id quod in arsi saepe fit, pro longa syllaba brevis poneretur.

Itaque cum arsin et thesin diligenter in mensura α, ι, υ vocalium definienda discernamus, has leges metricas statuimus: α, ι, υ vocales cum longae sunt, semper aut in arsi aut longae in thesi leguntur; α, ι, υ vocales quae breves sunt, semper aut in thesi breves aut in arsi positae cernuntur. Quas gravissimas metri leges ita inlustrabo, ut primum numeros condicionemque productionum exponam, tum explicem, qui loci ab his legibus discrepent.

Ac primum productiones finales, quibus in numerandis Hartelum sequor, qui in: Homerische Studien. Bei-

träge zur Homerischen Prosodie und Metrik. (2. Aufl. 1873.) accuratissime totam hauc rem tractavit, ad mille quadringentas inveniuntur. In mediis autem vocabulis nongentis locis breves syllabae productae sunt. Summa igitur omnium productionum est duo milia trecenti.

Sunt autem hi numeri et per se magni et maximi si naturam condicionemque verborum, quo modo ad haec se habeat, examinamus. Nam permulta sunt verba quae, cum dactylica forma sint, ictum in brevem syllabam cadere non sinant, ut ἀζαλέος, ἀνθέρικος, αἱμασίη, αἱματόεις, ἀνθεμόεις, αἱμυλίοισι, αἰγανέη, αἰγιαλός, αἰγίβοτος, quae verba, ut occurrunt, adfero. Itemque in brevibus syllabis finalibus, quae in consonantem exeunt, productiones non fieri possunt nisi sequens verbum a vocale orditur. Cum autem circiter tertia pars verborum a consonantibus incipiat, hoc modo facultas talium productionum magno opere minuitur.

Quibus omnibus de causis iam hoc certum putandum est, cum satis magno numero exemplorum, in quibus breves syllabae productae sunt, instructi simus, cumque numquam talem productionem in thesi inveniamus, metricam Homeri legem habendam esse, in arsi breves syllabas producendi: Nunc ea verba tractemus, quae ab hac lege dissentiant.

Ordiamur igitur a syllabis finalibus. Cum mille quadringentis fere locis breves syllabae finales in arsi productae sint, in thesi his sex locis longa mensura leguntur: πολλὰ λισσόμενος Ε 358, Φ 368, Χ 91, πολλὰ ῥυστάζεσκεν Ω 755, πυκνὰ ῥωγαλέην ν 438, ρ 198, σ 109, βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο Λ 36, ἦνιν εὐρυμέτωπον γ 382, Κ 292, Αἶαν Ἰδομενεῦ τε Φ 393. Nonne hac de causa hos locos qui sex obstent ingenti numero, in maximam suspicionem venire necesse est? Inquiramus autem in πολλὰ λισσόμενος, πολλὰ ῥυστάζεσκεν, πυκνὰ ῥωγαλέην formulas. a finale neutrius pluralis tota Iliade Odysseaque brevi mensura legitur; litteris insequentibus quamvis saepe in arsi productiones brevium syllabarum adiuvare videantur, in thesi haec vis plane abroganda est, praesertim cum brevissima temporis intermissione, qua πολλά et πυκνά adiectiva a sequentibus verbis separari debent,

geminandi facultas tollatur. Hartelus igitur in libro, quem supra commemoravi, pag. 61 declarare non dubitavit, his locis α vocalem, quam constaret in neutro pluralis olim longa mensura fuisse, priore sua via retentam esse. Quae res mihi quidem, si ad ingentem numerum eorum locorum, ubi α neutrius vocalis brevi mensura semper legitur, respicio, plane incredibilis est, cum putem, eum poetam vel eos poetas, qui tam saepe neutrius pluralis α finale brevi mensura adhiberent, longam eius antiquam mensuram omnino ignoravisse. Sed Hartelus ipse de hac re multum dubitasse mihi videtur, cum pag. 62 concederet: Wenn aber das α der Neutra einmal lang war, so scheint es viel früher als das ι der Dative und in weiterem Umfange seinen quantitativen Gehalt eingebüsst zu haben, cum nullum verbum exstet, in quo ι dativi finale, quamquam ex Harteli sententia firmius quam a neutrius vocalis erat, in thesi usquam longa cognoscatur. Causam autem harum singularium productionum ex his quaerendam esse puto. Carmina enim Homeri intervallo saeculorum aliquantum ita mutata esse, ut ea, quae propter antiquitatem obscura videbantur vel insolentia erant, aut clariora fierent aut plane tollerentur, et cum illa carmina in populo florerent vereque popularia essent, dilucide apparet et ex nonnullis certis signis intellegi potest. Quas res cum Jacobus Wackernagelus nuper in: Die epische Zerdehnung (Bezzenberger, Beiträge 1878, S. 259) copiose tractaverit, breviter attingere satis habebo. Genitivi enim: ἀγρίου, ἀνεψιοῦ, ὁμοιίου, Αἰόλου, Ἀσκληπίου, Ἰλίου, Ἰφίτου aperte demonstrant, quod hoc modo vehementissime metrum laesum esset, hauc genitivi formam in ου exeuntem non priorem fuisse, sed substitutam fuisse pro casus forma quadam iam obsoleta. Aperta prorsus haec ratio est in ἀνήρ verbo. Exstant enim formae servata ε vocale ἀνέρος, ἀνέρι, ἀνέρα, ἀνέρε, ἀνέρες, ἀνέρας α vocale semper producta, cum numquam formae legantur ἀνέρος κ. τ. λ. ultima syllaba in arsi posita. Attamen sine ulla dubitatione contendi potest, eum poetam, qui ἀνήρ verbi formas α vocali producta ita adhi-

buisset, ut ε vocalem servaret, hauc vocalem etiam tum retinuisse, cum α vocalis in thesi poneretur. Cum nihilo minus omnibus locis, ubi α vocalis in thesi est, formae ἀνδρός, ἀνδρί κ. τ. λ. scriptae inveniantur, illae documento sunt, cum formae in casibus obliquis elisa ε vocale magis solitae essent, eas formas, in quibus haec vocalis servaretur, tum in Homeri carminibus retentas esse, si metrum cogeret, si minus, ἀνδρός, ἀνδρί κ. τ. λ. substitutas esse.

Qua ex ratiocinatione arbitror, pro πολλὰ λισσόμενος, πολλὰ ῥυστάζεσκεν, πυκνὰ ῥωγαλέην fuisse olim has formas: πολέα λισσόμενος, πολέα ῥυστάζεσκεν, πυκινὰ ῥωγαλέην. πολύς enim adiectivum in his casibus formis tertiae declinationis utitur: πολέος, πολύν, πολύ, πολέες, πολέων, πολέεσσι, πολέας; nulla est igitur causa, cur in neutro plurali non eodem modo hoc adiectivum declinatum sit. Facile autem intellegitur, cum certae formae obsolescerent, cumque ubi fieri posset, recentiores formae mutarentur, etiam in hoc verbo talis in neutro pluralis formationis vestigia exstincta esse: Et adiutas esse putem has mutationes, quod illis longa in arsi syllaba efficeretur, id quod ab Homerico usu vehementer abhorret, cum trochaicum versus initium nusquam inveniatur, tribrachys in primo versus pede non raro positus sit.

Accedunt duo alii loci: βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο Λ 36, ἦνιν εὐρυμέτωπον Κ 292, γ 382, ubi is finale, quod in arsi interdum productum invenimus, in thesi longa mensura legendum est. Ad haec autem non addenda sunt, quae Hartelus pag. 106, quamquam ipsi dubia visa sunt, adiunxit: βοῶπι πότνια Ἥρη Θ 471, Ο 49, Σ 357, cum et Θ 471 βοῶπις forma, quae optimis codicibus tradita sit, etiam ceteris locis meliorem lectionem significet, et multis aliis locis intellegi possit, vocativum saepe eadem forma ac nominativum uti posse. Mirum sane dictu est, Ο 49 in versu ad probandam lectionem βοῶπι Jacobum La Roche ex libro suo: Homerische Untersuchungen pag. 65 productiones illas: ἀπονέεσθαι, ἀποπέσῃσιν κ. τ. λ. attulisse. Hartelus igitur Curtii coniectura nisus,' qui ι substantivorum suffixum in skr. ι longo

suffixo inveniendum esse existimavit, cum in omnibus verbis in ις cadentibus prius ι vocalem longam fuisse persuasum habeat, et in his locis, quos modo attuli, et in illis, ubi ι vocalis in arsi producta est, vestigia prioris mensurae retenta esse, pag. 106 declarat. Cui sententiae summae ex Homeri carminibus ipsis difficultates obsistunt. Nam ut ex maximo numero eorum locorum, in quibus ις finale brevi, mensura legitur, certo concludendum est, brevem mensuram in his verbis solitam esse, ita nonnullis formulis, quas antiquissimas esse coniectura assequi possumus, etiam brevitatem eius vocalis antiquissimam fuisse necesse est.

Itaque γλαυκῶπις Ἀθήνη et βοῶπις πότνια Ἥρη formulae luculento mihi documento videntur esse, in quibus summam antiquitatem facile cognosci constet, antiquissimis iam temporibus poetam brevi horum verborum mensura usum esse. Nam quid aliud illae demonstrant nisi cum breve esset is finale, γλαυκῶπις et Ἀθήνη verba rhythmice coniungi posse, sed βοῶπις et Ἥρη verborum compositione rhythmum laedi? Jam contemplemur versum Λ 36, qui cum βλοσυρῶπις adiectivum in thesi productum ostendat, in maximam nobis suspicionem venire debet. Ubi Agamemnon narratur arma induere, cuius de scuto hoc praedicatur:

τῇ δ'ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο,
δεινὸν δερκομένη, περὶ δὲ Δεῖμός τε Φοβός τε.

Quibus in verbis neminem offendisse invenio: attamen haec descriptio intoleranda est. Nam ut omittam hoc apertae corruptelae signum, quod δεινὸν δερκομένη formula idem repetitur, quod βλοσυρῶπις adiectivo paulo ante expressum est, ex his locis: Ε 739 ἣν (αἰγίδα) πέρι μὲν πάντῃ φόβος, ἐστεφάνωται, Ο 153 ἀμρὶ δέ μιν θούεν νέφος ἐστεφάνωτο, κ 195 νῆσον, τὴν πέρι πόντος ἀπειριτος ἐστεφάνωται — praetermittam locum incertum Σ 485 ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ' οὐρονὸς ἐστεφάνωται, ubi Aristarchus emendavit ἐστεφάνωκε — certo apparet, verbum στεφανοῦμαι esse circum aliquam rem effundi; qua re hi versus vertendi sunt: in circuito scuti Gorgo erat, circum eam Δεῖμος et Φόβος. Quamvis autem aliqui poeta imaginem obscure describat, hoc modo

profecto de hoc scuto dicere non potest, quo in medio apparet Gorginem fuisse circumdatam a dis terroris. Düntzerus contra in editione sua servare hunc locum studuit, cum E 739 versum adferret, ubi de aegide haec dicta sunt 738:

ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν,
δεινήν ἣν πέρι μὲν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται,
ἐν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή,
ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου.

Quem locum hoc modo intellegendum esse puto: in aegide erant Ἔρις, Ἀλκή, Ἰωκή, Γοργώ circum totum scutum (πάντῃ) Φόβος effusus erat, hoc est, terribilis erat totus scuti adspectus. Reliquum est ἦνις verbum quod K 292, γ 382: βοῦν ἦνιν εὐρυμέτωπον in thesi longa mensura legitur. Qui loci cum nihil pravi sensus habeant, quod aptum veriloquium, quod prosit, requiritur, praetermittendi sunt, sed — quantum ex Homeri carminibus apparet — vitiosi propter metrum haud dubie declarandi sunt.

Quae nunc autem superest singularis productio: Αἶαν Ἰδομενεῦ τε Ψ 493, quam Hartelus pag. 64 vocis intermissione vocativi propria effectam esse explicavit, eam nuper Jacobus Wackernagelus in: Die epische Zerdehnung etc. pag. 280 tractavit et ex analogia horum locorum: Ζεῦ πάτερ Ἠέλιός τε T 277 φίλος ὦ Μενέλαε I 601 cum emendaret Αἴας Ἰδομενεύς τε, hoc metricum vitium sustulit.

Quoniam haec exposui, demonstrasse mihi videor, has, quas supra statuerim, metricas Homeri leges, longas syllabas semper longas esse, breves aut in thesi breves aut in arsi positas adhiberi, in syllabis finalibus verissimas intellegendas esse.

Nunc videamus, quibus in verbis mediae vocales ab his legibus dissentiant. Ac primum quaeramus, quae verba, cum longas vocales habeant, eas corripere videantur, tum ea tractemus, quae breves vocales in thesi producant. Corripiuntur autem longae vocales in his verbis: ἀγινέω, ἡμῖν, ἵκω, ἱλάσκομαι, ἴσασι, κήρυξ, λίην, ὄρνις, Τρίκκη, φοινικόεις, χρύσεος.

ἠγίνεον Σ 493:

ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει.

Cum ι vocalis quinquiens (ξ 105, ρ 294, υ 213, χ 198, Ω 784) in arsi posita haud dubie longa quantitate sit, aut ἠγίνεον per synizesin, ut Hoffmannus (quaest. Homer. I, pag. 103) docet, legendum est, aut ex similitudine et quantitatis et positionis verbi ὡμίλευν Σ 539 cum Nauckio ἠγίνευν corrigendum.

ἡμῖν in pronominis dativi forma commemorandum est, ι vocalem eadem firmitate longam fuisse atque in acolico ἄμμιν brevem cognoscendam esse. Sed cum utramque formam ex arbitrio poetae adhibitam esse intellegamus, non mirum est si quantitas in ἡμῖν prononime paulatim corripiebatur, ita ut ἡμῖν et spondiaca et anapaestica et trochaica mensura usurpari posset.

ἵκωμι Ι 414:

εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
ὤλετό μοι κλέος ἐσθλόν.

ἵκωμαι lectio codicum C D E G H L S, quos nominat La Roche, valet quidem, cum ipsa propter metrum intoleranda sit, ad firmandam lectionem ἵκωμι, quam codex Augustanus praestat. Nihilo minus Nauckius in hoc versu emendationem ἴωμι tam necessariam existimavit, ut in textum recipere non dubitaret. Quamquam autem in ἵκω verbo ι vocalem longam esse omnes, qui etymologiae student, consentiunt, tamen si in hac forma alterum aoristum, qui correpta praesentis vocale flectatur, intellegamus, haud ab omni veritatis specie recedamus, praesertim cum temporum consecutio ita rectius definiatur: cum domum redierit Achilles, gloria eius deleta est.

ἱλάσκομαι verbi in mensura explicanda satis habebo omnes hos locos adferre: ἱλάσκονται Ζ 380, 385, ἱλάσκεσθαι Λ 386, ἱλάσκοντο Λ 472, ἱλασόμεσθα Λ 444[1], ubi ι vocalis in arsi posita est, ἱλάονται Β 550, ἱλάσσεαι Α 147, ἱλασσάμενοι Α 100 ubi ι vocalis in thesi brevis est.

Si autem in versu γ 419:

ὄφρ' ἤτοι πρώτιστα θεῶν ἱλάσσομ' Ἀθήνην

pro ἱλάσσομ' legere maluerimus ἱλασώμεθ', quod praestant codices B D G M V, praestare videntur c. H J N Q, cum ἱλασσόμεθ' tradiderint, haud scio an recte metricam huius verbi consensionem restituamus. Hoc igitur verbum ex mensura Homerica brevi ι vocale contra vulgarem sententiam utitur, quam quater in arsi poni videmus.

ἴσασι verbum, quod illis locis, ubi longa primae syllabae mensura legeretur: β 283, ϑ 559, 560, λ 122, 124, ξ 89, ψ 269, 271, ω 188, I 36, Ψ 312, ἴσσασι geminata sibila scribendum esse Curtius (Verb [2] 2, 157) censuit, nuper a Bezzenbergero (Beitr. 1881 pag. 61) cum δικάσσατε, μέσσος, πρόσσω, ποσσί Homericis verbis comparatum est. Ut igitur ex μέσσος adiectivo minutam esse formam μέσος iam apud Homerum invenimus, ita ἴσασι et ἴσαν formae altera σ littera abiecta leguntur: β 211, δ 379, 468, ν 239, Z 151, Σ 420, Υ 214 — δ 772, ν 170, ψ 152, Σ 405.

κήρυκι P 324:

κήρυκι Ἠπυτίδῃ, ὅς οἱ παρὰ πατρὶ γέροντι. υ vocalis in hoc verbo et apud Homerum et in posteriorum carminibus tam firma omnium locorum longa mensura videtur, ut hoc in versu intolerandum in modum metrum laedi existimandum sit. Eadem autem sententia omnes editores fuisse invenio praeter Jacobum La Roche, qui cum omnibus codicibus adiutus ι vocalem in editione sua retinuisset, in: Homer. Unters. pag. 126 hanc rem ita probabat: Oben ist bereits mit Ahrens für das ι des Dativ Singular das Recht der Mittelzeitigkeit in Anspruch genommen und man hat sich daher mit demselben überall, wo die Möglichkeit vorhanden ist, das ι nicht durch Elision zu beseitigen, für die Vermeidung derselben zu erklären. Sed quos locos tum ille attulit, obsistunt rationi illius, quam in Κήρυκι Ἠπυτίδῃ verbis cognoscimus. Nam si K 277 χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθ' Ὀδυσεύς et E 5 ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον Eustathius commemoravit, a veteribus ὄρνιθι et ἀστέρι scriptum esse, tum si Λ 259 ἦδ' ἐν δαίτ' ὅτε a cod. Ven. A δαιτί traditum est, dilucide apparet, hanc ι dativi vocalem scribi solere etiam si

ea propter metrum elidenda esset. Itemque factum est in nostro versu.

λιήν adverbium, cum longa in thesi mensura his locis sit: γ 203, ι 477, λ 181, ν 393, ο 155, 405, π 37, 86, ρ 312, Α 553, Θ 358, Τ 408, ι vocalis in arsi posita sit: γ 227, δ 825, ϑ 205, 489, κ 552, λ 445, ν 238, ξ 382, 461, 496, π 425, υ 29, Β 860, Ε 361, Ζ 100, Τ 226, Φ 566, cumque in thesi brevis ι vocalis legatur: δ 371, ϑ 231, ν 243, 421, π 243, σ 20, Ψ 175, Ζ 486, Ι 229, Ν 284, Ξ 368, Φ 288, quod apparet ι vocalem et brevi et longa mensura adhiberi, ad legem illam metricam respicit, ut vocalis ante vocalem corripiatur. Quod cum usitatissimum sit non protulissem, nisi Harteli exstaret sententia a nullo refutata, qua facultas in medio verbo vocalis corripiendae plane negatur. Qui praefatus (Homer. Stud. III., pag. 6) . . . und konnte es füglich (unberüksichtigt) bleiben, da man über die so nette und befriedigende Regel „Auslautende lange Vocale oder Diphthonge werden vor vocalischem Anlaut des folgenden Wortes häufig gekürzt" nicht hinauszukommen strebte, in his verbis: οἶος, ἔμπαιον, χαμαιεῦναο, χαμαιευνάδες, υἱός, δήιος declarat j sonum (e. c. ojος ἔμπαjον, κ. τ. λ.) effecisse, ut et hae diphthongi breves pronuntiarentur et in δήιος adiectivo η vocalis longa mensura servaretur. Ac primum omnino nullam correptionis in medio verbo negandae rationem esse, Hartelus ipse demonstrat, cum (Hom. Stud. II., pag. 330) explicet: Die Begegnung zweier Vocale in den Versen ἄνδρα μοι ἔννεπε oder πλάγχθη ἐπεί ist nicht mit Verschlussbildung des Organs verbunden, es ist nicht eine Trennung, sondern eine Verschmelzung zwischen οι und ε, η und ε wahrnehmbar et (III., pag. 4) . . . dass mit dieser Kürzung eine Verschmelzung des Aus- und Anlauts Hand in Hand ging. Nam si correptio finalis ita declaretur, ut quasi confluat syllaba finalis cum sequenti vocale, nonne haec res in mediis verbis multo plus valere potuit? Non, si πλάγχθη ἐπεὶ verba metro ita accommodantur, ut η et ε vocales ne minima quidem temporis intermissione separentur, in δήιος verbo η vocalis sequenti ι vocale multo facilius corripi

potest cum pausa hae syllabae nullo modo distineri possint? Sed videamus causas, quibus Hartelus commotus sit, ut in δήιος adiectivo talem correptionem negaret. Pag. 11. Das ι kann nicht vocalisch und sylbenbildend sein theils wegen des auf sie folgenden Consonanten oder der für den Hexameter unmöglichen Quantität — ⌣ — in folgenden Formen des Adjectivums: δηίοιο B 415 κ. τ. λ. Man hat für Homer auf ganz unzutreffende Beispiele wie A 380 βέβληαι ζ 303 ἥρωος gestützt, eine ähnliche „attische" Kürzung des η mit Unrecht angenommen. Denn dadurch würden zwar die Formen des Adjectivums für den Vers allesammt gefügig. Aber nicht die folgenden Verbalformen, welche mit dem η in der ersten, zweiten oder fünften Hebung stehen, denen zu Liebe man das ι wieder auf andere Weise entfernen musste: δηιῶν P 65 κ. τ. λ. Wenn man mit den widerspenstigen Formen von δήιος, δηιόω ἤια, gegen die das ι fast durchweg erhaltende Ueberlieferung in der Art sich abfindet, dass man den unbequemen Vocal als Jota subscriptum unschädlich macht, so erkennt man richtig den Sitz der prosodischen Störung, vergreift sich aber in dem Mittel, das in folgenden Fällen, wo ι gleich unmessbar hinter Consonanten erscheint, versagt: sequntur Αἰγυπτίη, Ἱστίαια, πόλις. Nititur igitur Hartelus in correptione η vocalis neganda traditione, qua ι vocalis semper fere retineatur, id quod infirmissimum est, cum etiam in ῳ et ῃ dativi finalibus omnes fere codices adscriptam ι vocalem ostendant. Sed quod dicit: Man vergreift sich an dem Mittel si in iis formis, ubi metrum cogit, ι vocalis subscribitur, et si Αιγυπτίη adferit, ubi ι vocalis subscribi non possit, non parvus profecto numerus Homericorum exemplorum eum effugit, quibus a tali sententia revocatus esset. Mam metro cogimur legere: Θρήικα B 595, Θρήικας B 844, K 487, Θρήικες K 434, Δ 533, et Θρῇκες Ω 234, Θρῄκεσσι Z 7, Ορηκῶν saepe, Τρώιον saepe et Τρῳούς, Τρωιάδες et Τρῳάδες, νώ et σφίυ, νῶι et σφῶι; in hymnis Homericis: 'Αίδης et anapaestica et spondiaca forma. Ergo concludimus δήιος et δηόω formas aut adscripta aut subscripta ι vocale adhiberi potuisse. Tum η vocalem

insequenti ι vocali corripi posse, ut per se nulla causa est cur negemus, ita vocalem corripiendam esse in quinto pede versus (δήιον πῦρ) a Ludwichio (de vers. spond.) demonstratum est. Itaque concidunt cetera j soni exempla οἷος υἱός χαμαιευνάδες χαμαιεῦναι ἔμπαιος, ut tantum documento sint, has diphthongos ex analogia finalium etiam in mediis verbis correptas esse.

Quod vero omnino ad j sonum attinet, quem etymologici consentiunt multo ante *F* litteram e Graeca lingua evanuisse, equidem Homeri aetate illum revixisse non puto, et certe ut putem, Harteli documentis non commoveor. Qui (III. pag. 12) septem locis in Αἰγυπτίῃ Αἰγύπτιον, uno loco in Ἱστίαια verbis, quater in πόλις substantivi formis πόλιος et πόλιας, ne metrum vehementissime laedatur, j sonum intellegi vult; sed interpretatur iam ipse mirabilem illum sonum partim consonantem partim vocalem, nihil certi, tam obscurum, ut quae sit haec littera ignoremus. Nam si vera consonans esse posset hic j sonus, in πόλις substantivi formis πόλjος et πόλjας positione longam esse priorem syllabam oporteret, in ceteris exemplis difficile intellectu esset, quo modo cum πτ consonantibus tertia consonans coniungeretur, cum tales consonantium coniunctiones in Graeca lingua vitatas esse inveniamus. Deinde ne his locis j sonus intellegendus sit, gravissimum argumentum obstat, quod haec tantum metricae ι vocalis singularitatis exempla sunt. Ac cum nemo sit qui demonstret in πόλιος et Αἰγυπτίῃ verbis ex lingua ipsa hunc j sonum concludendum esse, quis contendat poetam ex arbitrio in his paucis verbis hanc litteram adhibuisse? Haec autem metrica ι vocalis singularitas continetur quodam synigeseos genere, quod Hartelus improbat cum dicat (pag. 12): Allerdings hat man diese Stellen in der Weise zurecht zu legen gesucht, dass man sich mit dem beruhigenden Schlagwort einer Synizese zufrieden gab. Nam imbecillitatem illam et infirmitatem ε vocalis non raro in ι vocali recognoscimus; primum in dativo primae alteriusque declinationis; nam ut illa numquam in versu syllabae instar est, ita in scribendo nusquam omittitur, id quod profecto

singularem huius vocalis naturam satis significat, quae non scripta esset, nisi audiretur. Alterum exemplum huius vocalis infirmitatis in πυκνός adiectivo intellegendum est, ex quo ι vocalis πυκινός adiectivi propter debilitatem evanuit; ibidemque numeranda sunt πότνα et ἐννεάχιλοι Ε 860 Ξ 148. Eadem igitur debilitas ι vocalis in substantivis Αἰγυπτίη, Ἱστίαια, πόλιος, ad quae Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ*) Β 651, Η 166, Θ 264, Ρ 259 addam, mea quidem sententia conicitur, et hi loci metro accomodantur quodam synizeseos genere, de quo hoc persuasum habere nobis licet, j sonum, qui nusquam alio loco cognoscatur, hic ita non auditum esse.

Qui autem correptiones in mediis verbis fieri posse negarit, is maximo verborum numero coactus facere non poterit quin prosodiam Graecam summae licentiae arguat. Sunt haec verba in ίη et ίων cadentia, tum verba temporalia, quae in ύω, ίω, άω desinunt. Ac primum pauca de substantivis in ίη exeuntibus. Longa enim in thesi mensura ι vocalis utuntur haec verba: ἀτιμίῃσιν ν 142, ἀκομιστίη φ 284, ἱστίη ξ 159 et saepe, κακοεργίης χ 374, προθυμίῃσι Β 588, ὑπεροπλίῃσι Α 205, ὑποδεξίη Ι 73, Ὑπερησίην Β 573, quibus addidit Bezzenbergerus (Beitr. 1878 pag. 325) ἀνίη, quod verbum quinquiens apud Homerum longa mensura legitur.

Atque Hartelus (III. p. 40) hanc longam mensuram ex ιj ortam esse declaravit, G. Meyerus (Beitr. 1877 p. 89) explicavit, κακοεργίη verbum fieri ex κακοεργεσίη, -κακοεργείη, -κοκοεργίη, cui F. Froehdius assentitur, cum (Beitr. 1879, pag. 11) addat, in οἰκωφελίη ξ 223, ἀφραδίη Β 368, νωχελίη Τ 411 substantivis eodem modo formatis longam ι vocalem correptam esse. Quem ad modum autem Schmidtius (Griech. Metr. pag. 164) has singulares ι vocalis mensuras explicavit: „Es ist vielmehr die eigenthümliche Natur des ι, . . . welche die Dehnung und Schärfung bei folgendem einfachen Consonanten oder gar Vocale nicht leicht unterscheiden

*) si Ἐνυαλίῳ legas, omni analogia careas; elisio ω vocalis, quam K. W. Krüger mavult, similia exempla requirit; Nauckius emendabat βροτοφόντῃ.

lässt, welche in der Quantitirung obiger Worte beide Möglichkeiten gewährt." non multum abesse mihi videtur, quin vocalem omnino certa quantitate carere arbitremur, cum ante consonantem aucipitem ι vocalis mensuram nisi in genitivis illis: Αἰόλου κ 36, 60, Ἰφίτου B 518 nusquam inveniamus, in quibus non dubium est quin alia genitivi forma olim fuerit. Sed metro cogimur in his verbis idem facere, quod Leo Meyerus (Bezz. Beitr. 1878: Die Homerische Vaternamen) etymologia ductus in verbis in ιων cadentibus comprobavit. Contendimus enim, in ιη finali ι vocalem natura longam sequenti vocali corripi posse. Atque haec documento sunt: Si contemplamur haec brevis huius ι vocalis exempla: ἀτασθαλ-ίη, ἡσυχ-ίη, ὁμηλικ-ίη πολυκοιραν-ίη, πολυμηχαν-ίη, πυγμαχ-ίη, σκοπ-ίη, σοφ-ίη, ὑπερτερ-ίη nullo alio modo haec verba formata esse atque προθυμ-ίη, ἀτιμ-ίη, ἀκομιστ-ίη intellegimus, qua ex re certe concludendum est, ut correptio facile probetur, ita productionem nulla re demonstrari posse. Tum κονίη substantivi mensura adiuvamur, quod cum saepe corripiat ι vocalem, longam his locis ostendat: ω 39, B 150, Λ 151, 163, Π 775, Φ 503, Ψ 375, 732; itemque ἱστίη verbum, quod semper molossica mensura est, in Hesiodi Oper. 734 ἱστίη ἐμπελαδόν dactylum efficit. Postremo ex posteriorum carminibus alia verba in ιη desinentia adferri possunt, in quibus ι vocalis longa mensura est: καλίη saepe in Operibus Hesiodi; προεδρίη et τυραννίη apud Xenophanem (Bergk, 2, 7 et 3, 2), πολυιδρίη, κακεταιρίη, ἀπιστίη in Theognidis distichis, quae verba certe ad longam ι vocalis naturam respiciunt. Ad ea autem, quae docui, firmanda succurrunt, quae Leo Meyerus in libro, quem supra commemoravi, de patronymicis in ιων desinentibus explicavit. Ut igitur breviter perstringam, quae ille luculente tractavit, ex veriloquio—ιων suffixi, quod pertinet ad indicum—íjant, κίγant—îant, kîant (pag. 14), ι vocalis longa natura cognoscitur et in his verbis propriam mensuram retinet: Ἀρίων Ἀμφίων, Δολοπίων, Μολίων, Νομίων, Πανδίων, Ὑπερίων, Ὠρίων, in his corripitur: Ἀκτορίων, Ἀνθεμίων, Ἁρπαλίων, Ἀσφαλίων, Βουκολίων; Γοργυθίων, Δαρδανίων, Δευκα-

λίων, Ἐρευθαλίων, Εὐρυτίων, Ἠετίων, Ἰασίων, Ἱπποτίων, Ἰφιτίων, Οὐρανίωνες; in Κρονίων nomine proprio utrumque cernitur, cum ι vocalis, quae corripi solet, his locis suam mensuram servaverit: α 386, γ 88, 119, δ 207, 699, κ 21, λ 620, μ 399, 405, ξ 184, 303, ο 477, π 117, 291, σ 376, τ 80, φ 102, χ 51, Α 502, 528, Β 419, 670, Γ 302, Δ 249, Ε 522, Η 209, Θ 175, Λ 27, 78, 336, 407, Ν 242, 319, 783, Ξ 247, Π 662, Ρ 209, 269, 441, Τ 306, 340, Ω 611.

Jam reliqua sunt verba temporalia in ιω, αω, υω desinentia, in quibus longas natura α, ι, υ vocales esse metro apparet. Nec minus, quod negatur in verbis temporalibus metiendis, ad id pertinere arbitror, cum in verbis mutis aut liquidis, quae α, ι, υ vocales sequentibus consonantibus firmatas habeant, tota Odyssea Iliadeque nulla umquam correptio vel singularis productio inveniatur. Atque in mensura verborum in ιω cadentium inlustranda satis habebo τίω et ὀίω verba adferre. τίω enim verbum, in quo longam certe ι vocalem esse G. Meyerus (Beitr. 1877, pag. 82) comprobavit, cum τίω verbum ex τείω ortum esse demonstraverit, suam quantitatem in thesi servavit: τίουσι ξ 84, τίεσκον χ 414, ψ 65; et in arsi: τίει Ι 238, τιέμεν ο 543, ρ 56, τίωσ' Ι 258, τίουσαι χ 425, τίεται η 67, τίετ' Θ 540, Ν 827, τιοίμην Θ 540, Ν 827, τῖον Ε 536, Σ 81, Ψ 703, ἔτιον χ 370, τῖες ω 78, τῖεν Ε 326, Ζ 173, Π 146, τῖ' Β 21, Ω 575, ἐτίομεν λ 484, Ε 407, Ι 631, Ο 439, τίετο ξ 205, Ε 78, Κ 33, Λ 58, Ν 218, Π 605; sed corripitur ι vocalis: τίεν ν 144, π 306, υ 132, τίουσι ν 129, τίω Δ 257, Ι 378, τίον Θ 161, Ν 176, Ψ 705, τίεν τ 247, Ν 176, Ο 551, Ρ 576, τίεσκεν Ν 461, τιέσκετο Δ 46. In ὀίω autem verbo ι vocalis, cum nonaginta novem locis in arsi posita sit, corripitur: β 255, ν 427, ο 31, Α 558, Ε 894, Κ 551, Μ 66, Ν 153, Ξ 454, 456, Φ 393, Ψ 467. Ex verborum in αω cadentium numero has formas, quae metrica necessitate effectae esse vulgo existimantur, ad longam α vocalis quantitatem referendas esse puto: ἠγάασθε ε 122 (ἀγάασθε ε 119 ἀγάασθαι π 203), ἀναμαιμάει Υ 490, μενοινάᾳ Τ 164, μνάᾳ π 431, μνάασθαι α 39, πεινάων Τ 25, πεινάοντα Σ 162, πεινάοντε Π 758, ὑπεμνάασθε χ 38. Atque nunc restat, ut e

frequentissimis longae υ vocalis mensurae exemplis pauca adferam: ἀλλύουσαν β 109, ω 144, ἀλλύεσκεν τ 150, ἀλλύεσκεν β 105, ω 140, δαινύῃ θ 243 (δαινύῃ τ 328 brevi υ vocale), ἐπιθύουσι Σ 175, ἐρητύειν Β 75, ἐρητύοντο saepe, ποιπνύοντα Α 600, Σ 155, πτύοντα Ψ 697, e. m. a,

ὄρνις Ω 219:

ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πέλευ.

Cum ι vocalem in casibus obliquis longam esse maxima exemplorum multitudine comprobetur, cumque si genitivus longa mensura est, numquam eadem vocalis in nominativo corripiatur, haec correptio intoleranda est et — praesertim Eustathio ὄρνις ἐν ... tradente — ὄρνις ἐν μεγάροισι ..., ut omnes editores praeter Jacobum La Roche fecisse video, scribendum esse puto. Qua de causa autem La Roche codicibus nisus hoc loco ι vocalem corripuerit, plane ignoro, cum M 218 Τρωσὶν ὅδ' ὄρνις ἦλθε περησέμεναι μεμαῶσι scribere maluerit quamquam codices A C D E G H L S ἐπῆλθε praestant. Sed videtur ille hoc ις finale breve ducere, cum ad firmandam lectionem ὄρνις ἦλθε productiones illas: πόλις Ἐφύρη, Κισσηΐς ἄλοχος attulerit.

Τρίκη Δ 202:

λαῶν, οἵ οἱ ἕποντο Τρίκης ἐξ ἱπποβότοιο,

brevi ι vocalis mensura legitur, cum B 729:

οἳ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν.

geminata κ littera positio effecta sit. Quorum versuum uter corruptus sit, difficile cognitu est. Bothius alterum locum sanavit, verbis ita mutatis: λαῶν οἳ Τρίκκης οἱ ἕποντ' ἐξ ..., quam emendationem Nauckius probare videtur.

φοινικόεις: Si hoc adjectivum, ut in ceteris eiusdem generis perspicimus, hoc modo formatum esse explicabimus, ut οεις suffixum cum φοίνιξ substantivo coniungeretur ex. c. ἀνθεμ-όεις, αἱματ-όεις, δακρυόεις, ἱμερ-όεις, λειρι-όεις, cum φοίνιξ substantivum maxima firmitate in omnium poetarum carminibus longam ι vocalis mensuram servaverit, aut cum Heynio (cf. ad K 135) φοινικοῦς mutabimus contractis ε et ο vocalibus, aut concedemus, poetam, quod φοινικόεις verbum nullo alio modo metro accomodare posset, metri causa ι

vocalem corripuisse. Ut autem contrahere ο et ε vocales vetamur, cum in nullo umquam eiusdem generis adiectivo neque apud Homerum neque in posteriorum carminibus talem contractionem inveniamus, ita haec coniectio, quantum ex Homeri carminibus apparet, poeta indigna putanda reiciendaque est, cum longam alicuius vocalis quantitatem senserit, illum metri causa hanc corripuisse. Quare hoc existimare debemus, poetam in φοινικόεις adiectivo, ut ita dicam, ι vocalem ex lingua brevem accepisse, qua ex re rursus sequitur, ut hoc adiectivum ex φοίνιξ substantivo, addito οεις adiectivi suffixo, ortum esse negemus. Invenimus autem similia haec verba: φοίνιος, φοινός, φοινήεις, δαφοινός, σ 92 φοίνιον αἷμα, Π 159 παρήιον αἵματι φοινόν, φοινήεντα δράκοντα M 220, B 308 δράκων δαφοινός, K 23 δαφοινὸν δέρμα λέοντος, Λ 474 δαφοινοὶ θῶες, Σ 538 εἷμα δαφοινεὸν αἵματι. Quibus omnibus verbis ruber is color exprimitur, ut sanguinis est. Itemque φοινικόεις adiectivum hunc rubrum colorem significat: Ψ 717 σμώδιγγες αἵματι φοινικόεσσαι et sc. Herc. Ἄρης αἵματι φοινικόεις. Nihil ergo impedimento est, quo minus adiectivum φοινικόεις cum his verbis: φοινός, φοίνιος, δαφοινός, δαφοινεός conferamus, itaque illud formatum esse declaremus, ut ad stirpem φοιν — adiectivi suffixum — ικο adnecteretur, ad quod alterum suffixum — εις accederet. Easdem autem formationes adiectivorum cognoscimus fortasse in ὀξυόεις adiectivo, si cum Apione ὀξυόεν ἔγχος pro ὀξὺ ἔγχος positum esse putamus, et in ὀκριόεις et in ἀμιχθαλόεις, quod in Papii lexico ex ἀ-μιχθ-αλ-όεις declaratum invenio; sed sine ulla dubitatione παιπαλόεις adiectivum Homericum hic numerandum esse censeo cum alterum eiusdem stirpis*) adiectivum παίπαλος exstet, et τερμιόεις adiectivum item ex τέρμιος adiectivo formatum. Et in φοινικόεις adiectivo brevitas ι vocalis hoc modo explicanda esse mihi

---

*) O. Schneiderus (Callim. I., pag. 237) contra Cobetum, qui negat παίπαλος vocabulum esse, adfert schol. Aristophan. Nub. 260: παίπαλα καλοῦμεν τὰ τῶν χωρίων δύσβατα, Archil. fr. 115: καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους, Nicandr. Ther. 145. δυσπαίπαλος Ὄθρος, Aeschylus, Eumen. 379 λάχη δυσοδοπαίπαλα.

videtur; si cui autem incredibile videtur, quod ex lingua Graeca evolvere studui, hoc dicere satis habebo, poetae summam iniuriam fieri, si metri causa is longam vocalem corripuisse putatur, cum talis correptio nihil aliud sit, nisi metricum vitium, quo Homerum liberari oportet.

χρύσεος de adiectivo Aug. Meineckius (Callim. p. 304) haec docet: „ubicumque prima syllaba in thesi posita est, apud omnes omnium aetatum poetas in dactylicis cognatisque numeris trisyllabum est et primam corripit; argumenta rei alio loco dicam." Quae cum argumenta non invenerim, postquam multum diuque consideravi, quid huic regulae faciendum esset, quam ille etiam ad Homerum pertinere volebat, nihil repperi; sed auctoritate viri illius doctissimi cogor huius adiectivi mensuram diligenter perlustrare. χρύσεος adiectivum et in Homeri carminibus et in hymnis et apud Hesiodum ita metrice adhibetur, ut prima syllaba aut in arsi posita sit aut in priore thesis loco, numquam in posteriore.*) Cum igitur, si prima syllaba χρύσεος adiectivi in thesi est, semper trisyllaba eius forma esse possit, Meineckius illam legem statuisse mihi videtur, quam ab Homeri usu vehementissime dissentire demonstraturum me spero. Nam primum χρυσός frequentissimum substantivum aut longa mensura in thesi aut in arsi collocatum est; numquam mensuram variat. Et tota Odyssea Iliadeque ne unum quidem adiectivum exstat, quod mensuram sui substantivi mutet. Tum omnia, quae composita sunt cum verbo χρυσός vocabula, ut numquam brevi mensura leguntur, ita compositionis genere aperte demonstrant, poetam in componendo brevem υ vocalis mensuram ignorasse. Nam χρυσάμπυξ, χρυσάορος, Χρυσηίς, χρυσηλάκατος, Χρύση, χρυσήνιος, χρυσόζυγος, Χρυσόθεμις, χρυσόθρονος, χρυσόπτερος, χρυσόρραπις verba semper a longa syllaba ordiuntur, quamquam in plurimis apparet χρύσεος adiectivum inesse,

*) unus versus, qui discrepat:
scut. Herc. 199 ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσὶ χρυσέην τε τρυφάλειαν corruptus est.

ut in talibus compositis perspicuum est e. c. βαθύκολπος, λευκώλενος. Tertio argumento est, quod altera adiectivi forma χρύσειος sexagiens longa mensura legitur; quae res profecto intellegenda non esset, si in χρύσεος adiectivo υ vocalis anceps visa esset. Deinde lectionum traditarum mirabilis consensus non praetermittendus est his locis: Γ 64, Δ 111, Ε 425, 427, Τ 282, Χ 470, Ω 699, δ 14, ϑ 337, ρ 37, τ 54, ω 342, ubi interdum codicum A C D E F G H I K L M P Q S V, quos nominat La Roche, auctoritate longa υ vocalis mensura firmata est. Postremo accedit, quod supra iam attigi, ut numquam υ vocalis in altera thesis parte collocata sit; nam si vere brevis haec vocalis esset, hoc loco positam eam esse oportebat, ubi correptam esse vocalem haud dubie consentiremus; sed semper condicio huius adiectivi talis est, ut synizesi propria mensura retineatur. Quibus omnibus de causis censeo, in χρύσεος adiectivo, ubicumque trisyllaba forma υ vocalis corripiatur, synizesi longam vocalis mensuram servandam esse. Atque quam usitata sit synizesis in hoc verbo similibusque, videamus his locis, ubi illam adhibendam esse consentiamus:

τ 34 χρύσεον λύχνον ἔχουσα..., Α 15, 374 χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ..., τ 230 ὡς οἱ χρύσεοι ἐόντες.., δ 131 χρυσέην τ' ἠλακάτην.., hymn. II., 7 χρυσέου ὑπὸ πλήκτρου.., XXXI., 10 χρυσέης ἐκ κόρυθος.., XXXII., 6 χρυσέου ἀπὸ στεφάνου.., atque similia haec addere mihi liceat: Ε 387 χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ.., ω 341 συκέας τεσσαράκοντ'.., η 116 λ 590 συκέαι τε γλυκεραί., η 86 χάλκεοι μὲν γὰρ τοῖχοι.., Theog. 764 τοῦ δὲ σιδηρέη μὲν κραδίη χάλκεον δέ οἱ ἦτορ, Oper. 150 τῷ δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα χάλκεον δέ τε οἶκον.

Ut autem omnibus his rebus adducimur ad retinendam longam υ vocalis mensuram, ita, quantum Homeri metricus usus patet, ne corripiamus maxime impedimur. Nam unum verbum in Homeri carminibus exstat, quod vere ancipitem vocalem habet, dico ἡμῖν, quod, cum haec mensura satis aeolica forma ἄμμιν explicata sit, firmare ancipitem mensuram χρύσεος adiectivi nullo modo potest. Quod porro posteriores poetae brevi υ vocalis mensura utebantur, in

Homerum hunc usum transferre vetamur, primum cum appareat, huius υ vocalis quantitatem paulatim mutatam esse, ut etiam χρυσός substantivum brevi υ vocalis mensura legatur, id quod Homero plane alienum est. Tum verba καλός et ἴσος in mensura χρύσεος adiectivi constituenda plurimum valere debent, cum eadem condicione atque hoc verbum sint. Nam haec duo adiectiva, cum non multo post Homericam aetatem vocales α et ι ita debilitatae sint, ut brevi saepissime mensura a posteribus poetis adhiberentur, apud Homerum summa firmitate propriam longam mensuram semper servant.

Sed haec omnia neglegam concedamque aut etiam Homeri aetate mutatam esse mensuram χρύσεος adiectivi aut intervallo saeculorum in Homeri carminibus brevis mensurae vestigia impressa esse, si uno loco necessitas brevitatis υ vocalis cognoscendae metro efficitur. Sed cum frequentissimum hoc adiectivum tali necessitate numquam afficiatur, equidem facere non possum, quin in hoc verbo longam υ vocalem esse affirmem.

Haec sunt verba, quae mensuram vocalium propriam corripiunt atque adeo, ut demonstrasse me spero, corripere videntur: Nunc venio ad ea verba, quae brevis vocales in thesi producunt: ἁλίσκομαι, ἀμάω, ἱμάς, πρίν, πιφαύσκω, τετράκυκλος, τριηκόσιοι.

ἁλόντε Ε 487:

μή πως, ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου
ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε.

Cum in ἁλόντε verbo duplex vitium cognoscendum sit, et metricum, quod α vocalis, quae septendecim locis brevi mensura est, hic longa legitur, et grammaticum, quod Hector et Troiani, qui hoc loco a Sarpedone appellati sunt, non dualis ἁλόντε verbi forma contineri possunt, si porro Etymologicum Magnum λίνοιο ἑλόντε tradidit, et Eustathius ἁλόντες praestitit, mihi quidem emendatio maxime necessaria videtur, neque intellegere possum, qua re Jacobus La Roche „in vulgata sibi acquiescendum esse putaverit“: Itaque ex multis emendationibus, quas alii alias tentaverunt, Clarkius

λίνου που ἁλόντε, Bothius λίνου ἀλύοντε, Axtius ὡς πανάγροιο λίνου ἁψῖσιν ἁλόντες, Bentlei mihi maxime probatur, qui mutavit λίνου πανάγροιο ἁλόντες.

ἀμῷεν ι 135.

εἰς ὥρας ἀμῷεν, ἐπεί μάλα πῖαρ ὑπ' οὖδας.

ἀμάω verbum vulgo existimant cum verbis „metere, mähen“ quam proxime cohaerere, qua ex re a vocalem in initio verbi, quae dicitur prothetica, brevem esse oportet.

Itaque invenimus brevi mensura: διάμησε Τ 359, Η 253, ἀμησάμενος ι 247, ἐπαμήσατο ε 482, καταμήσατο Ω 165, quibus addo: ἀμῶνται Theog. 599, ἀμᾶται Oper. 778, ἀμαλλοδετῆρες Σ 553. Atque hac verbi formae: ἀμήσαντες φ 301, Ω 451, ἄμητος Τ 223, ἀμητῆρες Λ 67, ἀμάειν Op. 392, ἀμήσεις Op. 480, ἄμητος Op. 384, 575 eodem iure ac multae aliae breves syllabae in ictu positae inveniuntur. Contra Harderus in dissertatione de a vocali apud Homerum producta pag. 70 haec docuit: „Quos locos perlustrantibus nobis id certissime apparet, a vocalem corripi ubi de colligendo agitur, produci ubi metendi sensus requiritur: quae enim forma huic regulae maxime repugnat, διάμησε, cum metendi significatio neque ad „χιτῶνα“ neque ad „ἔγχος“ apta sit, cum reliquis non cohaeret, sed ex stirpe μα quae est in μέμαα, μαίομαι, deducta idem valet atque „penetravit“. Hac de causa ille paulo infra α vocalem in ἀμάω verbo ex σασαμάω reduplicata forma longam factam esse conclusit. Cui sententiae multa occurrunt: primum quod ἀμάομαι verbum propter sensum colligendi optime medium ἀμάω verbi cognoscitur, cum „sibi metere“ sit „colligere“. Tum si in διαμάω verbo composito μα stirps inest, quae ex μέμαα et μαίομαι verbis elucet, hoc verbum sensum penetrandi habere non potest, cum μέμαα et μαίομαι verba nisi vim avendi non exprimant. Denique Τ 359 et Η 253 ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα ἔγχος non vertendum est, ut Harderus vult, hasta penetravit sagum sed hasta persecavit „παραὶ λαπάρην“ sagum. Ut antem nostra lingua „Mäher“ et „Schnitter“ eodem sensu dicimus, ita puto, ἀμάω metendi verbum facillime vi secandi uti posse et hoc loco apte adhiberi. Nulla igitur

est causa, cur διαμάω verbum compositum a simplici ἀμάω separemus, nulla porro, cur ἀμάομαι medio aliam mensuram atque activo ἀμάω attribuamus et cum Hardero ἀμάω ex forma reduplicata σασαμάω explicemus. Sed adversatur unus hic locus, quem supra attuli, ubi α vocalem in ἀμῷεν forma in thesi productam legimus. Emendandum autem est: εἲς ὥρας ἀμόῳεν ex lectione codicis Harleiani ἀμμοῷεν, quam hoc modo corrigendam esse apparet. Mihi quidem fides huius traditae formae praecipue augeri videtur, quod auctor cum ignarus rectae formae ἀμμοῷεν scripserit, certe ipse corrigere non volebat, sed hanc ο vocalem ex antiquo codice sumptam retinebat.

ἱμάς. Quamquam ab etymologia constat, ut in omnibus similibus verbis ita in ἱμάς substantivo ι vocalem longam putandam esse, tamen non dubitavi, cum ad Homericam huius verbi mensuram respiciam, hanc vocalem brevem declarare, eosque locos, ubi longa mensura legitur, diligentissime examinare. Nam cum ἱμάσσω et ἱμάσθλη verba, quae ab eadem stirpe orta sunt, cum substantivo ἱμάς undetriginta locos efficiant, ubi certa brevi mensura ι vocalis est, cumque Θ 544 in ἱμάντεσσι ι brevis vocalis eodem iure atque in ἀνήρ, Ἄρης, ὕδωρ verbis in arsi poni potuerit, quid est manifestius, quam Homerum brevem ι vocalis in hoc verbo mensuram novisse, etiam si tres versus inveniantur, in quibus haec ι vocalis in thesi longa mensura adhibita sit? Qua re ψ 201 ἐν δ' ἐτάνυσσ' ἱμάντα βοὸς φοίνικι φαεινόν emendationi, quam fecit J. Bekkerus in altera editione nisus codicibus et Augustano et Vindobonensi, et quam La Roche et Nauckius in textus receperunt, recta lectio codicum E, D, I, K, S, qui α in ἐτάνυσα non elidunt: ἐν δ' ἐτάνυσσα ἱμάντα iure anteponitur. Restant igitur tres hi loci, ubi ι vocalis in thesi producta est:

K 475 ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἱμᾶσι δέδεντο,
Ψ 363 πέπληγόν θ' ἱμᾶσιν, ὁμόκλησαι τ' ἐπέεσσιν,
φ 46 αὐτίκ' ἄρ' ἥ γ' ἱμάντα θοῶς ἀπέλυσε κορώνης.

At dicat quispiam, cum constet olim longam ι vocalem fuisse, hos locos antiqua illa ἱμάς substantivi mensura prae-

ditos esse. Quod his de causis in hoc verbo conici non potest: Si in uno verbo et brevis et longa eiusdem vocalis mensura cognoscitur, haec res in poesi quantitativa sane mirabilis ita declaranda est, quantitatem huius vocalis temporum intervallo mutatam esse et hanc mutatam mensuram a poeta adhibitam esse et quae prisca quantitas fuerit. Itaque ἴσος, καλός, ὀιζυρός, χρυσός in verbis cum vocales breves factae essent, poetae brevi mensura utebantur, sed cum Homeri carmina in omnium ore essent, cumque in iis haec verba ἴσος, καλός, ὀιζυρός, χρυσός semper longa mensura audirentur, omnis poeta in carminibus Homericam mensuram quasi sanctam repetere audebat. Et est haec res minime dubia. Nam talis mensurae varietas nisi in iis verbis, quae ab Homero longa mensura adhibentur, in posteriorum carminibus non exstat. Quae autem Graecorum prosodia esset, si ex arbitrio poëtorum quantitas mutata esset? Si autem haec vera sunt, ab Homero unum verbum una tantum mensura adhiberi potuit. Nam intellegebamus, si quis ad priorem vocalis mensuram recurrisset, hoc iam reflectentis animum esse aut studiosi antiquitatum aut memoris. Sed si naturam poetae vere popularis intellexerimus, consentiemus, Homerum illam tantum mensuram novisse, quae tum audiretur. Ut igitur redeam, in ἱμάς verbo Homerum ι vocalem brevi mensura adhibuisse, si modo e traditis carminibus quid certi cognosci potest, persuasum nobis est. Qua re tres illi versus, ubi ι vocalis in thesi producta est, nisi forte a poeta rhythmum laesum esse putamus, ab eo poeta, qui undetriginta locis brevi mensura hanc vocalem mensus est, profecti esse non possunt Necesse igitur est, cum longa huius vocalis mensura antiquior sit, etiam priorem aliquem poetam hos versus composuisse. Quae sententia omni veritatis specie caret, cum, si complures Homeri carminum auctores coniciendi sunt, liber decimus, ubi (475) ι vocalis longa legitur, certe posterioris alicuius carmen habendum sit. Atque etiam si concedamus, priorem poetam hos versus composuisse, eundemne existimamus, qui K 475 longa mensura ι vocalem mensus sit, in eodem libro 499

σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι et 262 πολέσιν δ' ἔντοσθεν ἱμᾶσι rhythmice verba coniungere potuisse, aut fieri posse veri simile est, ut qui Ψ 363 composuit πέπληγον θ' ἱμᾶσιν, paullo ante 324 τανύσῃ βοέοισιν ἱμᾶσι, 582 αὐτὰρ ἱμάσθλην, 684 δῶκεν ἱμάντας.. brevem mensuram adhiberet? Quae cum ita sint, meo iure ad emendandos hos locos aggrediar, in quibus metricum vitium inesse declaro. Si igitur rhythmum in versu K 475 ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἱμᾶσι δέδεντο restituere voluerimus, adiuvabimur primum consensu omnium locorum, ubi dativus ἱμᾶσι in fine versus positus est: E 727 ἀργυρέοισιν ἱμᾶσιν, K 567, Φ 30 ἐυτμήτοισιν ἱμᾶσιν, K 262 βοέοισιν ἱμᾶσιν = Ψ 324 tum loco, quod ad positionem verborum attineat, simillimo χ 186 δὴ τότε γ' ἤδη κεῖτο, ῥαφαὶ δ' ἐλέλυντο ἱμάντων. Itaque cum emendem: ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἐδέδεντο ἱμᾶσιν, nescio an hic versus accommodatior Homero fiat. In reliquis denique locis: Ψ 363 πέπληγόν θ' ἱμᾶσι, et φ 46 αὐτίκ' ἄρ' ἥ γ' ἱμάντα, cum respiciam ad ψ 201, ubi plurimis codicibus hiatus (ἐτάνυσσα ἱμάντα) traditus sit, et ad χ 186, ubi omnium codicum consensu hiatus (ἐλέλυντο ἱμάντωs) legatur, rhythmum servem, cum scribam: Ψ 363 πέπληγόν τε ἱμᾶσι et φ 46 αὐτίκ' ἄρ' ἧγε ἱμάντα.

πίφαυσκε K 478:

οὓς νῶιν πίφαυσκε Δόλων, ὃν ἐπέφνομεν ἡμεῖς cum nulla codicum dissensione legatur, nihil editores mutaverunt, quamquam ι vocalis in πιφαύσκω verbo haud dubie brevis est. Hartelus autem eas πιφαύσκω verbi formas, ubi ι vocalis producta est, antiquiores declarare non dubitavit (I 165). Sed qua de causa longa olim ι vocalis in syllaba reduplicatione effecta fuerit, quae syllaba semper brevi mensura est, ille non attulit. πιφαύσκω igitur verbum ab Homero septies et decies brevi ι vocalis mensura usitatum est, eademque mensura legitur hymn. II., 266 et Theog. 655; in arsi ι vocalis conlocata est: K 502, Σ 500 hym. III., 540. Itaque hoc loco vel levissima mutatione facta, cum οὓς νῶιν ἐπίφαυσκε emendaverim, summam metri consensionem rectamque lectionem restituise mihi videor. ιν autem brevis syllaba finalis vocabuli νῶιν et facile et saepe ictum sus-

tinet. Quod porro πιφαύσκω verbum hac una forma augmento praeditum esse volo — nam altera, quae augmentum habeat, non exstat, — nullo impedimento esse existimo cum verba reduplicatione formata nihil ab augmento abhorreant, πιφαύσκω ipsum verbum nisi μ 165 omnino praeteriti temporis formas non ostendat.

πρίν coniunctionis in mensura definienda ab Hartelo qui (I b., pag. 109) de hoc verbo tractavit, vehementissime dissentio. Qui cum de veriloquio huius verbi quaesisset, postquam πρίν ex προ-ιν (p. 110) explicavit et hoc modo antiquiorem langam ι vocalis mensuram declaravit, apud Homerum iis locis, ubi producta πρίν vox legitur, hanc antiquiorem quantitatem valuisse docuit. Quod si ille nos credere voluit, certe locos hac gravissima re affectos diligentissime perquirere debuit. Sed cum in enumerandis locis (pag. 109)ille praeteriit ρ 597, χ 17, ν 113 et δ 660 pro recto numero δ 668 attulit — quod equidem commemoravi, cum Hartelus ipse pag. 57 Jacobum La Roche eadem de causa reprehendit — tum totam naturam huius coniunctionis, quae quidem in Homeri carminibus sit, pervestigare omisit. Attamen hanc quaestionem pervestigatio omnium locorum illustrare naturamque πρίν vocis explicare potest. πρίν enim verbum his locis brevi mensura legitur: B 344, 354, 413, Γ 132, Δ 32, 114, 212, E 127, 472, Z 125, I 403, K 393, N 257, Φ 476, X 156, Ω 800, tum in arsi omissa particula γε positum est: B 348 πρὶν Ἄργος, H 390, πρὶν ὤφελλ', Θ 474 πρὶν ὄρθαι, Π 839 πρὶν ἰέναι, P 5 πρὶν εἰδυῖα, Φ 179 πρὶν Ἀχιλεύς, 225 πρὶν ἕλσαι, 340 πρὶν ἀπόπαυε, Ω 245 πρὶν ἀλαπαζομένην, 764 πρὶν ὤφελλον, ξ 334 πρὶν ἀπέπεμψε*). In thesi longa ι vocalis mensura cernitur: πρὶν αὖτ' Z 81, πρὶν ἐλθεῖν I 403, N 172, X 156, πρὶν οὐτάσαι π 322, πρὶν ἡμῖν ρ 597, πρὶν Ἴλιον X 17, πρὶν ἥβης δ 668, πρὶν εἰδότες ν 113.

In his autem locis id ratum esse contendo, quod G. Hermannus (Orphica p. 700) iudicavit: „horum (πρίν vocis

*) numeri δ 631, ο 393. σ 401, quos Hartelus adfert, falsi sunt; versus Φ 225 praetermissus est.

productae) locorum nescio an bona pars habuerit additum γέ: certe quin habere possit non est dubium". Ac primum inquiramus in versus I 403, X 156, (τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης πρὶν ἐλθεῖν υἷας 'Αχαιῶν), N 172 (ναῖε δὲ Πήδαιον, πρὶν ἐλθεῖν υἷας 'Αχαιῶν) ρ 597 (τοὺς Ζεὺς ἐξολέσειε, πρὶν ἡμῖν πῆμα γενέσθαι), in quibus γέ particulam restitutam volo his de causis: Particulam γέ propriam πρίν vocis esse, non minus quinquaginta loci demonstrant, ubi illa apposita est partim elisa ε vocale partim servata. Codices autem, quod ad tradendam hanc particulam pertinet, ita se habent, ut aut omnes γέ servent, aut omnes omittant, aut partim servent partim omittant, aut ante easdem voces modo servent modo omittant. Si igitur codicum partim servatur partim omititur γέ particula, haud dubium est, quin recta lectio retenta particula sit. Itaque cum T 430, E 288, Π 840, X 266, λ 632, ο 210, 394, ρ 105, σ 475, τ 291, ψ 138 pluribus codicibus γέ traditum sit, La Roche suo iure eorum lectionem in textum recepit, et hoc modo multos locos, ubi omissa particula erat, diligenter codicibus comparatis, metro accommodatiores fecit (cf. in primis Π 840 πρίν γ' Ἕκτορος ubi antea πρὶν Ἕκτορος legimus). Eodem autem iure puto codicum auctoritate nos ducendos esse, si in hoc versu particulam γέ servatam esse inveniemus, in illo ante eandem vocem omissam. Velut ξ 334 πρὶν ἀπέπεμψε legitur, cum nullus codex γέ servaverit; attamen sine ulla dubitatione affirmamus, πρίν γ' ἀπέπεμψε rectam lectionem esse, cum τ 291 La Roche in eadem formula codicibus adiutus πρίν γ' ἀπέπεμψε scripserit. Itemque Φ 340 πρὶν ἀπόπαυε codicibus traditum est cum E 288 πρίν γ' ἀποπαύσεσθαι, A 98, I 387 πρίν γ' ἀπὸ e codicibus evolvamus. Tum in versu, quem supra attulimus ρ 597, πρίν γ' ἡμῖν scribere cogimur μ 187 et ψ 138 versibus, ubi (μ 187) πρίν γ' ἡμέων et eodem versus loco (ψ 138) ἀνδρῶν μνηστήρων, πρίν γ' ἡμέας ἐλθέμεν ἔξω nulla codicum dissensione legamus. Postremo versus τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρίν ἐλθεῖν υἷας Αχαιῶν vehementissime emendationem requirit, cum talis metri variatio in uno versu tota Odyssea Iladeque non inveniatur.

Nam si hunc versum Homero tribuimus, existimare cogimur, unum poetam et brevem et longam πρίν vocis mensuram novisse, id quod, ut supra iam docui, in poeta populari conicere absurdum est. Succurrunt autem emendaturo versus ρ 105, σ 402, ubi πρίν γ' ἐλθεῖν pluribus codicibus traditum La Roche in textum recepit, et versus eodem modo compositus E 288 πρίν γ' ἀποπαύσεσθαι, πρίν γ' ἢ ἕτερόν γε πεσόντα.

Accedit quod enunciatum πρίν γ' ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν ex natura γέ particulae ad alteram vocem τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης quasi explicativum adiungitur et quotienscumque tale enunciatum πρίν coniuntione ad adverbium πρίν vel πάρος adnexum videmus, particula γε adponi solet, ut: A 97 οὐδ' ὅ γε πρὶν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἀπώσει, Πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην. E 218 . . πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως, Πρίν γ' ἐπὶ νὼ τῷδ' ἀνδρὶ . . . πειρηθῆναι, I 650 οὐ γὰρ πρὶν πολέμοιο μεδήσομαι αἱματόεντος, πρίν γ' υἱὸν Πριάμοιο δαΐφρονος . . . ἱκέσθαι, O 72 τὸ πρὶν δ' οὔτ' ἄρ' ἐγὼ παύω χόλον οὔ τέ τιν' ἄλλον ἀθανάτων Δαναοῖσιν ἀμυνέμεν ἐνθά δ' ἐάσω, πρίν γε τὸ Πηλεΐδαο τελευτηθῆναι ἐέλδωρ, Π 839 μή μοι πρὶν ἰέναι Πατρόκλεις ἱπποκέλευθε νῆας ἐπὶ γλαφυράς, πρίν γ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο αἱματόεντα χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι γ' Σ 189 μήτηρ δ' οὔ με φίλη πρίν γ' εἴα θωρήσσεσθαι, πρίν γ' αὐτὴν ἐλθοῦσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι, Σ 334 οὔ σε πρὶν κτεριῶ, πρίν γ' Ἕκτορος ἐνθαδ' ἐνεῖκαι τεύχεα καὶ κεφαλήν, β 127, σ 288 ἡμεῖς δ' οὔτ' ἐπὶ ἔργα πάρος γ' ἴμεν οὔ τέ πῃ ἄλλῃ, Πρίν γ' αὐτὴν γήμασθαι Ἀχαιῶν ᾧ κ' ἐθέλῃσι, δ 475, οὐ γάρ τοι πρὶν μοῖρα φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι Οἶκον ἐυκτίμενον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν, Πρίν γ' ὅτ' ἂν Αἰγύπτοιο . . . ἔλθῃς, δ 747 μὴ πρὶν σοὶ ἐρέειν, πρὶν δωδεκάτην γε γενέσθαι.

His omnibus de causis concludo, ex novem versibus in hos quattuor, quos modo tractavi, γέ particulam restituendam esse. Si autem quis persuasum habebit in his versibus rectam lectionem retenta γε particula fieri, certe in iis, qui reliqui sunt quinque, hanc particulam metri causa collocare non dubitabit.

τετράκυκλοι ι 242:

ἐσθλαὶ τετράκυκλοι ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν.

Productio α vocalis, cuius propria mensura cernitur Ω 324 πρόσθε μὲν ἡμίονοι ἕλκον τετράκυκλον ἀπήνην, ita intoleranda est, adeoque omni analogia ex Homeri carminibus caret, ut Barnesii emendatio τεσσεράκυκλοι (cf. τεσσαράβοιον Ψ 705) necessaria mihi videatur. Qua re Nauckio adsentior, qui eam in textum receperit. Quid autem faciam iis, quae Hartelus (I^b. pag. 61) de hac emendatione iudicavit, nescio, cum nullam ille causam sententiae suae attulerit.

τριηκόσι' Λ 697:

ἐκ δ' ὁ γέρων ἀγέλην τε βοῶν καὶ πῶυ μέγ' οἰῶν,

εἵλετο κρινάμενος τριηκόσι' ἠδὲ νομῆας.

Metricum vitium, quod in productione τριηκόσι' verbi cognoscitur, Christius excusare studebat, cum caesurae vi vacuum tempus expleri posse condenderet. Sed accedit, quod verbum τριηκόσι' hoc loco praeter omnem Homeri verba regendi consuetudinem positum est. Si igitur versus φ 18, 19 contulerimus:

μῆλα γὰρ ἐξ Ἰθάκης Μεσσήνιοι ἄνδρες ἄειραν

νηυσὶ πολυκλήισι τριηκόσι' ἠδὲ νομῆας, ubi τριηκόσι' verbum et metrica et grammatica consuetudine adhibitum est, facile arbitrabimur, ex hoc versu verba τριηκόσι' ἠδὲ νομῆας in alienum locum (Λ 698) translata esse.

Sententiae controversae.

1. In Ciceronis orat. Catil. III., 10 qui ... aliquid tamen de gladiis ac sicis, quae apud ipsum erant deprehensa, respondisset, legendum est: deprehensae.

2. hymn. IV., 261 (Baumeister):

   καί τε μετ' ἀθανάτοισι καλὸν χόρον ἐρρώσαντο

   scriptum malo: μετ' ἀθανάτοις καλόν ...

3. hymn. IV., 262 τῇσι δὲ Σειληνοί τε καὶ εὔσκοπος 'Αργειφόντης τέ particula omissa emendo:

   τῇσι δὲ Σειληνοὶ καὶ ἐύσκοπος 'Αργειφόντης.

4. Aeschyl. Septem. 703, 710 (Kirchhoff) πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον — ξένος δὲ κλήρους ἐπινωμᾷ

   dissentio ab Henrico Schmidt, qui metiatur

   ⏑ ⋮ — ⏑ ⊔ | — ⏑ ⏑ — | ⊔ ⊼ |

   cum malim hoc modo distribuere:

   ⏑ — ⏑ | — — ⏑ ⏑ | — — ⊼



VITA.

Ernestus Georgius de Kobilinski natus sum a. d. XIV. Cal. Aug. a. h. s. LIX. parentibus Eduardo et Emilia de gente Langhanke in pago Muschaken haud procul ab oppido Neidenburg in Masovia sito. Addictus sum confessioni evangelicae. Cum litteris elementariis in pagi ludo institui coeptus essem, summa fortunae benevolentia usus sum, cum avunculus meus, Maximilianus Henning, postquam in domum familiamque me recepit, Graudenz oppidi gymnasio, tum domicilio Regimontium translato, Palaeopolitano erudiendum me traderet. Mutaverunt interim parentes sedem constitueruntque Rastenburgi in oppido Masoviae. Ubi gymnasii eruditione uti perseveravi, cum magis magisque Jahno, praeceptore carissimo, auctore ad classicorum studia amoremque adducerer. Adeptus igitur a. h. s. LXXVII. maturitatis testimonium, ut philologiae studiis me dederem, academiam Albertinam adii. Per octo semestria audivi hos professores clarissimos:

Friedländer, Hirschfeld, Jordan, Lehrs †, Ludwich, Quäbicker, Schade,

quibus ago agamque semper gratias quam maximas. Seminario philologico sodalis interfui per quater sex menses.